

Decreto de Mons. Romolo Carboni, Nuncio Apostólico en Italia, de ejecución de la Bula Ut sit, 19- III-1983.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

16/02/2012

NUNZIATURA APOSTOLICA

IN ITALIA

PROT. N. 15431/83

DECRETUM

De Apostolica sub plumbo
Constitutione "Ut sit", qua Opus Dei
in Praelaturam personalem erigitur,
perficienda.

Summus Pontifex Joannes Paulus,
Divina Providentia PP. II, Apostolicis
sub plumbo Litteris, quarum initium
"Ut sit", die XXVIII mensis novembris,
anno MCMLXXXII, Pontificatus anno
quinto, Opus Dei in Praelaturam
personalem ambitus internationalis
erexit sub nomine Sanctae Crucis et
Operis Dei, breviato autem nomine
Operis Dei.

Idem Summus Pontifex, auctoritate
Sua Apostolica, nobis, Romulo
Carboni, Archiepiscopo titulo

Sidoniensi et in Italia Nuntio
Apostolico, memoratarum
Apostolicarum Litterarum munus
perficiendi benigne tribuit.

Easdem, itaque Nos, pre manibus
tenentes Litteras, easdemque
Praelato personali Operis Dei
Reverendissimo Domino Alvaro del
Portillo, officio fungentes, statim
offerentes, ipsam Praelaturam
personalem, uti statutum est,
constitutam declaramus cum
omnibus iuribus et privilegiis quae,
ad normam iuris communis,
Praelatura gaudent personales,
simulque Reverendissimum
Dominum Alvarum del Portillo
Praelatitia dignitate et gradu
insignitum, iuribus et privilegiis
ornatum, oneribusque pariter et
obligationibus ligatum, ad normam
iuris generalis et predictae
Constitutionis Apostolicae, necnon
propriorum Statutorum, quae "Codex

iuris particularis Operis Dei"
nuncupantur, renunciamus.

Mandamus denique ut quae
constituta et declarata sunt, ab üs,
quorum interest, adamussim
serventur.

Datum, Romae, in Basilica Sancti
Eugenü, die 19 mensis Martii, Anno
Domini MCMLXXXIII.

+ Romulus Carboni

Archiepiscopus titulo Sidoniensis

In Italia Nuntius Apostolicus

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

apostolico-en-italia-de-ejecucion-de-la-
bula-ut-sit-19-iii-1983/ (02/07/2025)